adhuc deſtinati non ſint, ex eo quod Chriſtiani Hiſpani prædicti, auxiliante Domino, ulteriùs progredientes, in certa Provincia, Nova Hiſpania appellata, aliud oppidum, Tenuxtitlan nuncupatum acquiſivere, ipſe Carolus Rex in Imperatorem electus pro ipſius Eccleſiæ Carolenſis majore venuſtate, ampliorique Diœceſi, & diſtrictu, & ut commodiùs ſtatum tuum juxta Pontificalis exigentiam Dignitatis decentiùs tenere valeas, limites, & confines Diœceſis Carolenſis hujuſmodi in Provincia, & oppido Tenuxtitlan hujuſmodi, ſeu ipſum oppidum Tenuxtitlan, ac ejus diſtrictum pro limitibus, & confinibus hujuſmodi aſſignare intendat; quare tam pro parte tua, quàm ejuſdem Caroli Regis in Imperatorem electi Nobis fuit humiliter ſupplicatum, quatenus aſſignationem prædictam poſtquam per dictum Corolum Regem facta foret, approbare, & confirmare, aliasque in præmiſſis opportunè providere de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos igitur te a quibuſvis Excommunicationis, Suſpenſionis, & Interdicti, alijsqne Eccleſiaſticis ſententijs, Cenſuris, & pœnis, ſi quibus quomodolibet innodatus exiſtis, ad effectum præſentium dumtaxat conſequendum harum ſerie abſolventes, & abſolutum fore cenſentes, hujuſmodi ſupplicationibus inclinati, aſſignationem prædictam, ſi illa, ut præfertur, per ipſum Carolum Regem fiat, poſtquam, ut præmittitur, facta fuerit, Apoſtolica Authoritate tenore præſentium ſine alicujus præjudicio approbamus, & confirmamus, eique perpetuæ, & inviolabilis firmitatis robur adjicimus, ac omnes tam juris, quàm facti defectus, ſi qui forſan intervenerint in eadem, ſupplemus: ita quòd tu, & Succeſſores præfati præmiſſa, & alia in Literis ejuſdem Prædeceſſoris contenta, ac reliqua omnia, quæ in Eccleſia Beatæ Mariæ, & oppido dictæ Inſulæ facere, & exercere poteratis, in dicto oppido Tenuxtitlan, & ejus diſtrictu, vel alijs limitibus conſignandis, ut præfertur, facere, & exercere, teque, ac Epiſcopos Carolenſes Succeſſores

tuos, non dictæ Beatæ Mariæ, ſed de Tenuxtitlan, aut de alijs limitibus conſignandis hujuſmodi, vos nominare, & appellare, ac nominari, & appellari facere liberè, & licitè valeatis, & debeatis in omnibus, & per omnia, perinde, ac ſi in erectionibus hujuſmodi, & alijs Literis prædictis oppidum Tenuxtitlan cum ejus diſtrictu, ſeu alij aſſignandi limites hujuſmodi nominata, ipſumque oppidum, & diſtrictus, ſeu alij limites, ut præfertur aſſignandi, dictæ tuæ Eccleſiæ Carolenſi in ſuam Diœceſem aſſignata, & applicata fuiſſent, de ſpeciali gratia indulgemus, ac ſtatuimus, & ordinamus. Non obſtantibus præmiſſis, ac Apoſtolicis, necnon in Provincialibus, & Synodalibus Concilijs, editis generalibus, vel ſpecialibus Conſtitutionibus, vel Ordinationibus, ac dictæ Eccleſiæ, & Juramento, Confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis, ſtatutis, & conſuetudinibus, ceteriſque contrarijs quibuſcumque. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ Abſolutionis, Approbationis, Confirmationis, Supletionis, Indulti, Statuti, & Ordinationis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum. Datum Romæ apud Sanctum Petrum anno Incarnationis Dominicæ milleſſimo quingentiſſimo vigeſſimo quinto, tertio idus Octobris, Pontificatus noſtri anno ſecundo. = Porende Nos uſando de los dichos Bula, y Breve, é Declaraciones de Su Santidad, que de ſuſo van incorporadas, y de cada una de ellas, aſsí como mejor podemos, y de Derecho debemos, de ſuplicacion, y expreſo conſentimiento de el dicho Obiſpo D. Fr. Julian Garcés, declaramos, y ſeñalamos, y determinamos por límites de dicho Obiſpado de Yucatan, y Santa María de los Remedios, las Provincias, y Tierras ſiguientes: Primeramente la Provincia de Tlaxcaltechle *incluſivè*, y San Juan de Ulóa, que confina con Aguas vertientes, haſta

llegar á Matlata *incluſivè*, y la Villa Rica de la Vera-Cruz, y la Villa de Medellin, con todo lo de Tabaſco, y dende el Rio de Grijalva, haſta llegar á Chiápa. Los quales términos, y límites, y Provincias de ſuſo declarados, queremos, y mandamos, que ſean ahora, y de aqui adelante, quanto nueſtra merced, y voluntad fuere, habidos por términos, límites, y diſtrito de el dicho Obiſpado de Yucatan, y Santa María de los Remedios, lo qual todo, y cada coſa, y parte de ello el dicho R. P. D. Fr. Julian, y los otros Obiſpos, que por tiempo fueren, durante eſta nueſtra voluntad, pueda uſar, y exercer el Oficio, y Juriſdiccion de Obiſpo conforme á las Bulas de Su Santidad, reteniendo, y reſervando, como retenemos, y reſervamos en Nos, y en los nueſtros Suceſores de la Corona Real de Caſtilla, poder, y facultad para mudar, variar, alterar, y revocar, quitando, ó añadiendo los límites, y términos, y diſtrito, que quiſiéremos, ó por bien tuviéremos en el dicho Obiſpado, é Provincias de el, en todo, ó en parte, como viéremos, que mas conviene al ſervicio de Dios, y nueſtro. Y mandamos á nueſtros Gobernador, ó Juez de Reſidencia, que ahora es, ó por tiempo fuere de la Tierra, que luego con la parte de el dicho Obiſpo, ó con la Perſona, que para ello nombrare, haga poner, y ponga en los dichos términos, y límites, y diſtrito de el dicho Obiſpado, que de ſuſo va declarado, marcos, y mojones de piedra notorios, y conocidos, que queden por la dicha Tierra por ſeñales de los límites de el dicho Obiſpado. Dada en Granada á diez, y nueve dias de el mes de Septiembre, año de el Nacimiento de nueſtro Salvador Jeſu Chriſto de mil, y quinientos, y veinte, y ſeis años. Lo qual todo, y cada coſa, y parte de ello, como de ſuſo ſe contiene, el dicho Fr. Julian por si, y por ſus Suceſores, dixo, que conſentía, y conſintió. Yo el Rey. Yo Franciſco de los Covos, Secretario de ſu Ceſárea, y Católicas Mageſtades la fice eſcribir por ſu man-

da

dado. Mercurinus Cancellarius, Fr. G. Epiſcopus Oxomenſi. Dr. Caravajal indignus Epiſcopus Canarienſis. El Dr. Beltran G. Epiſcopus Civitatenſis. = Poſt quarum quidem Literarum Apoſtolicarum præſentationem, & receptionem, ut præmittitur, factas, fuimus pro parte Domini noſtri Caroli debita cum inſtantia requiſiti, ut ad executionem Literarum Apoſtolicarum, & contentorum in eiſdem procedentes, in præfata noſtra Cathedrali Eccleſia ad honorem Beatiſſimæ Virginis in dicta Civitate Tlaxcaltechlæ Dignitates, Canonicatus, & Præbendas, ac Portiones, aliaque Beneficia, & Officia Eccleſiaſtica quotquot, & prout meliùs expedire videremus, tam in Civitate, quàm per totam Diœceſem erigeremus, & inſtitueremus. Nos igitur Julianus Epiſcopus, & Commiſſarius Apoſtolicus præfatus, attendentes petitionem hujuſmodi fore juſtam, & rationi conſonam, volentesque, ut veri obedientiæ filij, imperia Apoſtolica Nobis directa reverenter exequi, ut tenemur, commiſſionem prædictam acceptavimus, & eadem Authoritate Apoſtolica, qua fungimur in hac parte, præfata Cæſarea Catholica Majeſtate inſtantibus, & petentibus, prædicta Civitate Tlaxcaltechlæ ad honorem Dei, & Domini noſtri Jeſu-Chriſti, & Beatiſſimæ Mariæ, Matris ejus, in cujus, & ſub cujus titulo per præfatum Sanctiſſimum Dominum noſtrum in Cathedralem Eccleſiam eſt erigenda; tenore præſentium erigimus, creamus, & inſtituimus in dicta Cathedrali Eccleſia ::: (1) Quæ omnia, & ſingula de inſtantia, petitione, & conſenſu dictorum Dominorum Regis Caroli in Imperatorem electi, ac Joannæ Reginæ Matris ejus eadem Apoſtolica Authoritate, qua fungimur in hac parte, & melioribus modo, via, atque forma, quibus poſſumus, & de jure debemus, erigimus, & conſtituimus, creamus, facimus, diſponimus,

&

(1) Lo que falta deſde eſtos ſeis puntos, haſta las palabras: *Quæ omnia, & ſingula, &c.* es el material nombramiento, y numeracion de las Dignidades, Prebendas, y Oficios Ecleſiáſticos, que ſe ha omitido por no alargar eſte Eſcrito demaſiadamente.

& ordinamus cum omnibus, & ſingulis ad id neceſſarijs, & opportunis, non obſtantibus contrarijs quibuſcumque, & illis præcipuè, quæ Sanctiſſimus Dominus noſter præfatus in ſuis Literis Apoſtolicis voluit non obſtare; & ea omnia, & ſingula omnibus, & ſingulis præſentibus, & futuris, cujuſcumque ſtatus, gradus, ordinis, præeminentiæ, vel conditionis fuerint, intimamus, & inſinuamus, & ad omnium notitiam deducimus, & deduci volumus per præſentes, mandamus prædicta Authoritate in virtute Sanctæ Obedientiæ omnibus, & ſingulis ſupradictis, ut ea omnia, & ſingula, quemadmodum à nobis inſtituta ſunt, obſervent, & obſervari faciant. Et eadem Authoritate mandamus, & ordinamus, quòd omnes Dignitates, & Canonici, necnon Portionarij integri, cum teneantur ad celebrandum per Hebdomadam reſpectivè, tempore præſentationis ſint in aliquo Ordine Sacro, & tempore inſtitutionis, aut proviſionis ſint Presbyteri, & præſentatio aliter facta ſit ipſo jure nulla, exinde ſine privatione, aut vacatione, & declaratione poſſit alius præſentari, & inſtitui, qui in dictis ordinibus fuerit conſtitutus. Item eadem authoritate ordinamus, quòd ſi cauſa aliqua ſupervenerit, ex qua nobis, vel Decano, aut ejus locum tenenti, neceſſarium, vel ultra ſupradictos dies ad Capitulum vocare, teneantur, & ſicut in diebus ordinarijs Capitulares adeſſe. In quorum omnium, & ſingulorum fidem, & teſtimonium præmiſſorum, præſentes Literas, ſive præſens publicum inſtrumentum exinde fieri, & per Notarium publicum infraſcriptum ſubſcribi, & publicari mandavimus, noſtroque nomine roboravimus, Sigillique noſtri proprij juſſimus, & fecimus appenſione communiri. Datis, & actis Granatæ in Hoſpitio noſtro ſub anno à Nativitate Domini MDXXVI. Omne ſubſcriptione, & linea eſt per me Notarium infraſcriptum approbatum. Julianus Epiſcopus Carolenſis. Et quia Ego Chriſtophorus de Peregrino, Clericus Segovienſis, publicus Authoritate Apoſtolica Notarius, præmiſſis

miſſis interfui, ideo præſens inſtrumentum manu aliena Scriptum, Signoque, & nomine meis conſuetis, ſignavi unà cum dicti Reverendi Domini Fr. Juliani Epiſcopi Carolenſis nominis ſubſcriptione, & dicti Sigilli appenſione; in teſtimonium veritatis rogatus, & requiſitus. Chriſtophorus de Peregrino, Notarius publicus. = Porque en las otras erecciones de los Obiſpados de Iſlas, y Tierra firme ſe hacían ſupreſiones de Dignidades, y Canongías, haſta que la renta abaſtaſſe, ahora para que la dicha ereccion fueſſe mas clara, y pura, no ſe hicieron ſupreſiones, antes ſe determinó por las Ceſáreas, y Católicas Mageſtades de el Rey, é la Reyna, nueſtros Señores, de anexar las Dignidades de Arcediano, y una Canongía al Obiſpo de Yucatan, aliàs Carolenſe, en *Nova Hiſpania*, como antes ſiempre ſe hizo á los primeros Obiſpos. Porende Nos el dicho Obiſpo Carolenſe por la Autoridad de nueſtro Santíſsimo Padre, como por las Bulas de Su Santidad inſertas en la dicha ereccion parecerá, y por el expreſo conſentimiento, y mandado de Sus Mageſtades, y los de el ſu Conſejo de las Indias, anexamos, y aplicamos en nueſtra Perſona, y ſobre nueſtra cabeza ponemos la dicha Dignidad de Arcedianaſgo, é una Canongía con ſus frutos, é rentas, por nueſtra vida *dumtaxat*, demanera que al nueſtro Suceſor no hayan de paſar, antes Sus Mageſtades deſpues de nueſtra vida las hayan de proveer, como los otros Beneficios de aquella Tierra, é Obiſpado. Y porque es verdad, firmamos la preſente Cédula de nueſtro nombre, y tambien la firmó el Secretario de el dicho Conſejo de las Indias. Fecha á primero de Diciembre de mil quinientos, y veinte, y ſeis años. Julianus Epiſcopus Carolenſis. = Eſto fue aprobado por los Señores Preſidente, y de el Conſejo de las Indias en nombre de Sus Mageſtades, ante mi Juan de Sámano, á quien fue mandado por los dichos Señores, que en teſtimonio lo firmaſſe de mi nombre. En Granada á primero de Diciembre

Rrr de

de mil quinientos, y veinte, y ſeis años. Juan de Sámano. = Concuerda con la Ereccion, que ſe halla en la referida Secretaría de la Nueva Eſpaña. Madrid, y Abril treinta de mil ſetecientos quarenta, y nueve años. Pedro de la Vega.



SE-

SERIE
DE LOS ILL.MOS SEÑORES OBISPOS DE LA
PUEBLA DE LOS ANGELES.

EL Illmô. Sr. D. Fr. Julian Garcés, natural de Munebrega en el Reyno de Aragon, donde ſe conſerva ſu Sombrero Epiſcopal, y tambien la Relacion de ſu Vida, tomó el Hábito, y profeſó en el Convento de S. Pedro Martir de Calatayud, que es de la Provincia de Aragon, y Sagrado Orden de Predicadores, de Familia Noble, muy eloquente, gran Filóſofo, aventajado Theólogo, eminente en la inteligencia de la Sagrada Eſcritura, y excelente Predicador; paſó á la Univerſidad de París, y tuvo el primer lugar entre los Sabios de ella; aun en la Lengua Latina era tan conſumado, que el célebre Maeſtro Eſpañol Antonio de Nebrija decía de él en voz alta: *Que le convenia eſtudiar para igualar á Garcés.* El Señor Emperador Carlos V. de quien era Predicador, le preſentó para el Obiſpado llamado Carolenſe, y Santa María de los Remedios, en la Peninſula de Yucatan, y por haber ſido electo en el año de 1519, ſin ſeñalarle límites, y haber quedado aquella Provincia ſin poblacion de Chriſtianos, que ſe paſaron adelante á poblar eſtas tierras de la Nueva Eſpaña, nuevamente conquiſtadas por D. Fernando Cortés, por ſuplica que hicieron á el Señor Clemente VII. el Emperador, y el dicho Venerable Prelado, declaró Su Santidad, que eſte Obiſpado, y ſus límites, ſe entendieſſen, y eſtendieſſen en los que por dicho Emperador le fueſſen ſeñalados, quien decla-